



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4. Vtrum circuncisio conferret gratiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

## QVAEST. LXX. T. A

**L. 19. c. 11. in  
fine, 10. 6.**

hoc, q̄ homines in quaevnque religione adunetur, sicut Aug. f̄ dicit contra Faustum: & ideo opertuit prius institui circumcisionem, quā lex dareatur. Illi autem patres, qui fuerunt ante legem, familiis suas instruxerunt de diuinis, per modum paterne admonitionis. vnde & Dominus dicit de Abraham, sc̄o q̄ p̄cepturus sit filii suis, & domui sue post se, ut eusto diant uiam Domini.

**G** AD TERTIVM dicendum, quod baptismus in se continet perfectionem salutis, ad quam Deus omnes homines vocat, secundum illud. 1. Timoth. 2. Qui uult omnes homines saluos fieri: & ideo baptizimus omnibus populis proponitur. Circunsilio autem non continebat perfectionem salutis, sed figurabat ipsam vt fiendam per Christum, qui erat ex iudeorum populo nasciturus. & ideo illi soli populo data est circumcisione.

**E. 2. q. 8. 1. ar.  
5. ad 2. & ar.  
2. ad 2.**

AD QUARTVM dicendum, quod circumcisione instituta est, vt signum fidei Abrahæ, qui creditur se patrem futurum Christi libi repromissi: & ideo conuenienter solis maribus competebar. Peccatum est originale, contra quod specialiter circumcisione ordinabatur, a patre trahitur, non a matre, ut in secunda parte dictum est. \* sed baptismus continet uirtutē Christi, qui est universalis causa salutis omnium, & remissionis omnium peccatorum.

### ARTICVLVS III.

**Vtrum ritus circumcisionis fuerit conueniens.**

**A**D TERTIVM sic proceditur. Videlur, quod ritus circumcisionis non fuerit conueniens. Circuncisio enim (ut dictum est \*) fidei quādam professio est: sed fides in ui apprehensiva existit, cuius operationes maxime apparent in capite. ergo magis debuit signum circumcisionis dari in capite, quām in membro generationis.

**¶ 2** Præt. Ad usum sacramentorum assumimus ea, quorum est communior uetus: sicut aquam ad ablendum, & panem ad reficiendum: sed ad incendium communius utimur cultello ferreo quā petrino. ergo circumcisione non debuit fieri cultello petrino.

**¶ 3** Præt. Sicut baptismus instituitur in remedium originalis peccati, ita etiam circumcisione, sicut Beda dicit: \* sed baptismus non differt usque ad octauum diem (ne pueris periculum damnationis imminentia propter originale peccatum, si nondum baptizati decedant) quandoque etiam traditur baptismus post octauum diem. ergo circumcisione non debuit determinari octauus dies, sed debebat quandoque præueniri, sicut ēt quandoque tardabatur.

**SED CONTRA** est, quod Rom. 4. super illud, & signum accepit circumcisionis, determinatur in gl. predictus circumcisionis ritus.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ (sicut dictum est f̄) circumcisione quoddam signum fidei est, institutum a Deo, cuius sapientia non est numerus: determinare autem conuenientia signa, est sapientia opus: & ideo concedendum est, quod ritus circumcisionis fuit conueniens.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod circumcisione conuenienter fiebat in membro generationis. Primo quidem: quia signum erat fidei, qua Abraham creditur Christum ex suo semine nasciturum. Secundo, quia erat in remedium peccati originalis, & per actum generationis traducitur. Tertio, quia ordinabatur ad diminutionem carnalis concupiscentie.

## ARTIC. III. ET III.

**F**tiā, quā p̄cipue in membris illis uiget, propter abundantiam delectationis uenerorum.

AD SECUNDVM dicendum, quod cultellus lapideus non erat de necessitate circumcisionis: unde non inuenitur tale instrumentum p̄cepto diuī no determinatum. neque etiam communiter tali instrumento iudei utebantur ad circumcidendum, sicut neque modo utuntur. Leguntur rāmen aliquā circumcisiones famosæ, cultello lapideo facte: sicut legitur Exod. 4. q̄ tulit Sephora acutissimam petram, & circuncidit p̄ceptum filii sui. & Iosue 5. dicitur: Facti cultellos lapideos, & circuncidē secundo filios Israel, per quod figurabatur circumcisionem spiritualem esse fiendam per Christum, de quo dicitur 1. Cor. 10. Petra autē erat Christus.

AD TERTIVM dicendum, q̄ octauus dies determinabatur circumcisioni: tum propter mysterium, quia in octaua aetate (quaer erit aetas resurgentium) quasi in octauo die perficitur per Christum spiritualis circumcisione, quando auferet ab electis non solum culpm, sed etiam omnem poenitatem: tū etiam propter teneritudinem infantis ante octauum diem: unde etiam de aliis animalibus Leuit. 22. p̄cepitur, bos, ovis & capra, cum genita fuerint, septem diebus erunt sub ubere matris iuxta, die autem octauo & deinceps offerri poterunt domino, erat autē octauus dies de necessitate p̄ceptū: ita sci icet, q̄ octauum diem p̄termittentes, peccabant etiā si esset sabbathum, secundum illud Ioan. 7. Circumcisionem accipit homo in sabbatho, ut non soluta lex Moysi: non tamē erat de necessitate sacra menti: quia si aliqui omittebant octauum diem, potest p̄tercircumcidē: quidam etiam dicunt, q̄ propter periculum imminentis mortis, poterat octauus dies præueniri, sed hoc nec ex auctoritate scripturae, nec ex consuetudine iudeorum haberi potest. vnde melius dicendum est, sicut etiam Hug. \* de Sanct. Vic. dicit, q̄ octauus dies nulla necessitate præueniebatur. vnde super illud Prou. 4. Unigenitus eram coram matre mea, dicit glo. f̄ quod alius Bersabee parvulus non computatur: quia ante octauum diem mortuus, nominatus non fuit, & per consequens nec circumcisus,

### ARTICVLVS III.

**Vtrum circumcisione conferebat gratiam iustificantem.**

**A**D QUARTVM sic proceditur. Videlur, q̄ circumcisione non conferebat gratiam iustificantem: dicit enim Apostolus Gal. 2. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est, id est sine causa: sed circumcisione erat quādam obligatio legis im plenda, secundum illud Gal. 6. Testificor omni homini circumidenti se, quoniam debitor est uniuersitate legis facienda, ergo si ex circumcisione est iustitia, Christus gratis, id est sine causa, mortuus est: sed hoc est inconueniens non ergo ex circumcisione era erat gratia iustificans a peccato.

**¶ 2** Præt. Ante institutionem circumcisionis sola fides ad iustificationē sufficiebat: dicit enim Greg. in Moral. f̄ Quod apud nos ualeat aqua baptismatis, hoc egit apud ueteres pro parvulis sola fides: sed uirtus fidei non est immunita per mandatum circumcisionis. ergo sola fides parvulos iustificabat, & non circumcisione.

**¶ 3** Præt. Iosue 5. legitur, q̄ populus qui natus est in deserto per quadraginta annos, incircumcisus fuit. si ergo per circumcisionem auferebatur peccatum ori-

In hom. cir-  
cumcisionis  
inter princ.  
& med. in  
hom. totius  
 anni repe-  
titiones.

In gl. ord. su-  
per illud, Si  
gnum acce-  
pit circumci-  
sionis.  
art. p̄ced.  
huius q.

Potest coll.  
gi ex h. de  
facta para-  
ca  
ca  
Gardinius

Sup. q. 61. 2.  
11. 6. ad 3. &  
4. 2. 1. 1. 2.  
4. 2. 2. 2. 2.  
2. 2. art. 2. 2.  
12. & Ro. 4.  
lcc. 5. & 6. 9.  
lcc. 5.

Alli-  
Cen-  
tem  
bar-  
ing-  
erat  
fide-  
als  
farr-

originalis, uidetur quod omnes qui in deserto moriuntur sunt, tam parvuli quam adulti, fuerint damnati. & eadem obiectio est de pueris, qui moriebantur ante octauum diem circuncisionis: quia praeueniri non debet, ut dictum est.

**P**ret. Nihil impedit introitum regni caelestis, nisi peccatum: sed circuncisio ante passionem Christi impediebat ab introitu regni caelestis. non ergo per circuncisionem homines iustificabatur a peccato.

**S**ed contra Augustinum, \* dicit ad Valerium contra Julianum, Ex quo instituta est circuncisio in populo Dei, \* quae erat signaculum fidei iustificationis Dei, ad sanctificationem purgationis valebat parvulus originalis ueterisq; peccati: sicut & baptismus ex illo caput ualeare tempore ad innovationem hominis, ex quo institutus est.

**R**ESPON. Dicendum, quod ab omnibus communiuit ponitur, quod in circuncitione peccatum originale remittetur. Quidam tamen dixerunt,

quod non conferebatur gratia, sed solum auferebatur peccatum, quod Magister ponit in prima dist. \*

4. sent. & Roma. 4. in glo. † sed hoc non potest esse quia culpa non remittitur nisi per gratiam, secundum illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam, &c.

& ideo alii dixerunt, quod per circuncisionem conferatur gratia, quantum ad effectus remissionis culpe, sed non quantum ad effectus positivos, ne cogatur dicere, quod gratia in circuncitione collata sufficiebat ad implendum mandata legis, & ita superflius fuerit aduentus Christi. sed haec etiam positio stare non potest. primo quidem, quia per circuncisionem dabatur pueris facultas suo tempore peruenienti ad gloriam, quae est ultimus effectus positivus gratiae. secundo, quia priores sunt naturaliter secundum ordinem causae formalis effectus positivi, quam priuatiui, licet secundum ordinem causa materialis sit econuersio: forma enim non excludit priuationem, nisi informando subiectum. & ideo alii dixerunt, quod in circuncitione conferatur gratia etiam quantum ad aliquem effectum positivum, qui est facere dignum uita eterna, sed non quantum ad omnes effectus: quia non sufficiebat reprimere concupiscentiam somnis, nec ad implendum mandata legis, quod etiam aliquando mihi uisum est: sed diligenter consideranti appetit hoc non effectuerum: quia minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentia, & uitare omne peccatum mortale, quod committitur in transgressione mandatorum legis: minima enim charitas plus diligit Deum, quam cupiditas millia auri & argenti. & ideo dicendum est, quod in circuncitione conferatur gratia quantum ad omnes a gratia effectus, aliter tamen quam in baptismo. Nam in baptismo conferatur gratia ex uirtute ipsius baptismi, quam habet in quantum est instrumentum passionis Christi iunctio perfecta. \* In circuncitione autem conferatur gratia, non ex uirtute circuncisionis, sed ex uirtute fidei passionis Christi, cuius signum erat circuncisio scilicet, quod homo qui accipiebat circumcisio pulchritudinem, profitebatur se suscipere tales fidem: uel adulatus pro se, uel aliis pro paruulis. unde & Apollonius dicit Roma. 4. quod Abraham accepit signum circuncisionis, signaculum iustitiae fidei, quia scilicet iustitia erat ex fide significata, non ex circunci-

sione significante. & quia baptisma operatur instrumentaliter in uirtute passiois Christi, non autem circuncisio; ideo baptisma imprimis characterem incorporantem hominem Christo, & copiosorem gratiam confert quam circuncisio: maior enim est effectus rei iam presentis, quam spes.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod ratio illa procederet, si ex circuncisione esset iustitia aliter, quam per fidem passionis Christi.

**A**D SECUNDUM dicendum, quod sicut ante institutionem circuncisionis, sola fides Christi futuri iustificabat tam pueros, quam aditos, ita etiam & circuncisione data: sed antea non requirebatur ali

quod signum protestantium huius fidei: quia nondum homines fideles, seorsum ab infidelibus coepit adunari ad cultum unius Dei: probabile tamen est, quod parentes fideles pro paruulis natis,

& maxime in periculo existentibus, aliquas preces Deo funderet, uel aliquam benedictionem eis adhiceret (quod erat quoddam signaculum fidei) sicut adulti pro scissis precess, & sacrificia offerabant.

**A**D TERTIUM dicendum, quod populus in deserto praetermittens mandatum circuncisionis, excusabatur: tum, quia nesciebant quando casta mouenda erant: tum, quia (ut Damasc. \* dicit) non nesciebant eos aliquod signum distinctionis habere,

cum seorsum ab aliis populis habitabant. & tamen, ut Aug. † dicit, inobedientiam incurrebant, qui ex contemptu praetermittebant. Videtur tamen, quod nulli circuncisi mortui fuerint in deserto: quia, ut in psalm. 104. dicitur, non erat in tribubus eorum infirmus: sed illi soli uidentur mortui in deserto, qui fuerint in Aegypto circuncisi: si tamen aliqui in circuncisi mortui sunt, eadem ratio est de his, & de his, qui moriebantur ante circuncisionis institutionem: quod etiam intelligendum est de pueris, qui moriebantur ante octauum diem tempore legis.

**A**D QUARTUM dicendum, quod in circuncisione auferebatur originale peccatum ex parte personae: remanebat tamen impedimentum intrandi in regnum celorum ex parte totius naturae: quod sicut sublatum per passionem Christi. & ideo etiam baptisma ante passionem Christi non introducbat in regnum, sed & circuncisio si haberet locum post passionem Christi, introduceret in regnum.

**A**D QUINTUM dicendum, quod adulti quando circuncidebantur, conseqebantur remissionem, non solum originalis peccati, sed etiam actualium peccatorum: non tamen ita quod liberarentur ab omni reatu peccatorum, sicut fit in baptismo, in quo confertur copiosior gratia.

D. 344.

Dama. lib. 4.  
cap. 26. circa  
prin.  
In li. q. sup.  
lo fue. c. 6.  
a medio. te-  
mo 4.

### QVAESTIO LXXI.

De preparatorijs, que simul concurrunt, cum baptismo, in quatuor articulos divisis.

**D**EINDE considerandum est de preparatorijs, que simul concurrunt cum baptismo.

Et circa hoc queruntur quatuor.

**P**rimo, Vtrum cathechismus debeat praecedere baptismum.

**S**econdo, Vtrum baptismum debeat praecedere exorcismus.

**T**ertiò, Vtrum ea que aguntur in cathechismo & exorcismo, aliquid efficiant uel solum significant.

**Q**uarto, Vtrum baptizandi debeat cathechizari, uel exorcizari per sacerdotes.

Tertia S. Thomæ. FF ARTI-